



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 20. Quid urgente S. Cyrillo Constantinopoli actum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. formula Depositio Nestorii & dogmatum  
 A. C. 433. ejus condemnatio confirmabatur.

## §. XX.

*Quid urgente S. Cyrillo Constantinopoli actum.*

*Ep. Epiph. Interim S. Cyrillus hanc causam Constantinopoli per suos valide agebat*  
*Synod. c. 203* Præcipue urgebat, ut Aristolaus huic negotio finem cito imponere juberetur, & Joannes Antiochenus Nestorium rejiceret. Hinc ad S. Pulcheriam, ad Paulum Cubiculariis Præfectum, ad Romanum Cubicularium, ad illustres foeminas Macellam, & Droseriam, Epistolas dedit, & Benedictiones, id est, munera misit; alii quoque Præfecto, cui nomen Chryforeto, dona dedit, quod ipsum Ecclesiæ Bonum contrarium sciret; eundem per alios duos Ministros, ad quos dona misit, sollicitari mandavit, ut a molitionibus in posterum abstineret. Hæc cognoscimus ex Epistola Epiphani, S. Cyrilli Archidiaconi, & Syncelli, ad Maximianum Constantinopolitanum data, qua vehementer instat, ut ad maturandum hujus negotii exitum suis partibus non desit. *Imperatricem Pulcheriam, inquit: suppliciter roga, ut datis litteris ad Joannem fortissime urgeat, ne istius impii ultra mentio fiat; nempe Nestorii. Ad Aristolaum etiam*

etiam litteræ dentur, ut Joannem acrius Sæculum V.  
A. C. 433.  
urgeat. Roga Sanctum Abbatem Dal-  
matium, ut verbis, terrorem ferentibus,  
Imperatorem, atque Cubicularios Pro-  
ceres adjuret, ne ultra Nestorii nomen  
memoretur. Roga etiam S. Virum Eu-  
tichem, ut pro nobis decertet. (Is est,  
quem posteriori tempore Ecclesia Hære-  
siarcham damnavit) Epiphanius subjun-  
git: *Ex adjuncto hic commentario dispi-  
cies eorum nomina, quibus dona missa, &  
quantum Ecclesia Alexandrina tibi præ-  
stiterit; nam Clericos nostros non parum  
affligit, Ecclesiam nostram ob has turbas  
spoliari, & Comiti Ammonio mille quin-  
gentas libras deberi, præter illa, quæ ex  
hac urbe illuc missa. Eidem quoque per  
litteras mandatum, ut Ecclesiæ vestræ  
sumptibus dona ferat quibusdam, quos lu-  
cri avidos noveritis, ne Ecclesia Alexan-  
drina nimis ære alieno gravetur. Pul-  
cheriam roga, ut curet Lausum in locum  
Chrysoreti substitui, sicque ejus potentia  
subruatur, quod nisi fiat, male semper ha-  
bebimus.* Ex hac Epistola illarum rerum  
partem, quæ Constantinopoli agebantur,  
discimus.

Erant, qui ob transactionem inchoa-  
tam murmurarent, & in vulgus sparge-  
rent, S. Cyrillum articulos suos retra-  
ctasse, & ea, quæ adversus Nestorium scri-  
psisset, damnasse. Nam Nestoriani illi,

R a qui

Sæculum V. qui ad Ecclesiam redire cupiebant, in  
 A.C. 433. hunc modum S. Cyrilli Epistolam ad A  
 cadium Bereensem explicabant. Hæc

*Epist. to. 5.* S. Cyrillum coegerunt, ut ad Presbyte  
*ap. Cyr. p.* ros Theognostum, & Charmosynum, &  
 152. ad Diaconum Leontium, suos Constan  
 tinopoli Apocrisarios, id est, Procurato  
 res, qui suæ Ecclesiæ causas agerent, E  
 pistolam daret; in ea ipsis omnia narra  
 quæ hucusque acta fuerant ab illo tem

*Sup. n. 18.* pore, quo sibi Acacius Bereensis, ut am  
 cæ compositioni aures daret, scripsisset.  
 Ultima Epistolæ verba sunt: *Omnibus  
 ergo hanc de me suspicionem eximas. Non  
 adeo imprudens sum, ut ea, quæ scripsi, o  
 natematizem. Imo in eadem sententia  
 persisto, quia bona est, atque Scripturæ,  
 & Patrum nostrorum fidei consentanea.*

## §. XXI.

*Joannes Antiochenus reconciliatur.*

*Conc. Ephes.* Cessit tandem Joannes Antiochenus, &  
 p. 3. c. 30. ad S. Cyrillum dedit Epistolam, qua  
 dicit; se propter utilitatem Ecclesiæ, ut  
 que Imperatoris voluntati pareret, Pau  
 lo Emeseno mandata dedisse, ut pacem  
 iniret, & suo nomine traderet fidei ex  
 positionem, quam communi consilio con  
 cinnassent in hæc verba: *Quantum per  
 tinet ad Virginem Mariam, Matrem Dei,  
 & Incarnationis modum, quæ in mentis  
 habemus dicere tenemur, non ut, quaecun-*  
 que